



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Cur Ecclesia in vtero habens, parturiénsque cum dolore describatur? Et in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat. Sectio VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Ephes. 2. 21.
Prelati corona
Christi.

in cōmentarijs super epist. Ad Ephes. in illa verba c. 2. *in quo omnis edificatio cōstruit & crescit in tēplū sanctū in Domino.* Nō est prætermittēda obseruatio Pann. in hunc locū aientis Prelatos hoc etiā duodenario stellarū numero posse cōprehendi, atq; ad eō admoneri summæ sanctitatis: siquidem Christi corona describuntur: vt videlicet, quæ modū corona capiti ornamento est, sic etiā ipsi debeāt caput Ecclesiæ, id est, Christū suis moribus exornare, non querētes quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi.

Cur Ecclesia in vtero habens, parturiēnsque cum dolore describatur?

Et in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabat̄ vt pariat.

SECTIO VIII.

I. **M**ulier illa, quæ Ioanni apparuit, & quam Ecclesiam interpretati sumus, visa est habere in vtero filium, parturiēnsque clamare, maximūque ob difficilem partum cruciari doloribus: quam ob causam initio huius cōmentarij diximus non posse hac muliere ad literam significari beatam Virginem, quippe cui nullo modo cōueniant eiusmodi in parturiendo dolores. Significatur igitur maximā fore extremis illis mundi temporibus sub Antichristo Ecclesiæ persecutionem: quo nimirum tempore propter fallacia, & mendacia Antichristi, se & arorumque eius signa, & prodigia paucissimos Ecclesia per fidem in nouo pariet: imò ipsos etiam fideles lumina cum difficultate in fide retinebit, & in cælum dabit. Tanta enim erit illorum temporum confusio, vt nisi breuiter fuissent dies illi, non fieret

Mat. 24. 22.

salua omnis caro, quemadmodum Christus prædixit Matth. 24. Meritū igitur summis doloribus parturiens visa est: sicut enim mulier, cum parit affligitur, clamātque Deum orans, vt eā tanto euadat periculo: ita Ecclesia eo tempore maximē torquetur, dum fidelium prolem edere in cælum cōnabitur.

II.

Ecclesia mater
fidelium.
Psal. 112. 9.
Esa. 54. 1.
D. August.
Cant. 1. 6.

Verū, vt hæc melius intelligantur, aduertendum est Ecclesiam matrem nostrā esse, iuxta illud, Ps. 112. *Qui habitat refacit sterilem in domo matrem filiorum latantem: & Esaia 54. Quoniam multi filij deserta magis quam eius, quæ habet virū. Quem locū expendens D. Aug. in Psal. 112. Multi, inquit, filij eius, quæ per gratiā in senectute concepit, quam eius, quæ ab inuente a te legū vinculo maritata est. Eodem pertinet illud Cantic. 1. *Filij matris mee pugnaverunt contra me: quo loco disertè significatur Ecclesiam matrem esse fidelium, estque sermo de Hæreticis, qui cum filij Ecclesiæ fuerint, fratres suos Catholicos persequuntur. Quod autē hæc mater nostra cum dolore pariat filios suos, potissimum verò paritura sit extremis mundi temporibus, in dō intelliges,**

Prou. 5. 19.

20.

Cum dolore

pariat filios

Antichristi

tempore.

Beda.

Plinius.

2. Cor. 2. 14.

D. Chrysol.

Beda.

Ceruarum

partus diffi-

cilis.

Iob. 39. 4.

Psal. 28. 9.

Hebræica

lectio.

*quod ceruæ cōparatur, Proverb. 5. Cerua charissima, seu vt aliā legitur, gratissima, & gratissimus hinnulus: vbera eius inebriat te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter: vbi quamuis commendetur viro fidelitas in coniugio, & vt vxore sua sit contentus: vnde statim subiungitur: *Quare seducere filij mi ab aliena, & foveas in sinu alterius? tamen Beda locum accepit de Ecclesia, quæ cerua appellatur: quoniam sicut cerua auctore Plin lib. 8. c. 32. cum serpentibus bellum gerit, vestigatque capernas, & narium spiritu extrahit renitentes: ita Ecclesia Hæreticos persequitur, & e cavernis renitentes extrahit, & extinguit odore fidei: sic enim Paul. fidem appellauit, 2. Cor. 2. Deo autē gratias, qui odorem nostræ suæ manifestat per nos in omni loco, vt interpretatur D. Chryl. Gratissimus hinnulus, inquit, Beda, Populus est fidelium: & huius cerua vberibus inebriamur, cū virtusque restamētū paginū contra Hæreticorū fraudes instruimur. Scitū autem est illud de difficili ceruarum partu, quod commemoratur Iob 39. *Nunquid parturientes ceruæ obseruasti: dinumerasti menses conceptus earū: incuruantur ad partū, & parturiant, & rugitus emittunt. Quod exponens Regius Prophetā dixit, Psal. 28. *Vox Domini****

Domini praparentis ceruus, seu, vt habetur in Hebr. Vox Domini obstetricis ceruus, genere feminino, & est sensus ceruas prae metu parere, cū audiūt tonitruū, quod hoc loco vox Domini appellatur. Nōne tibi Ecclesia tanquā cerua videtur ad sonitū tonitruū peperisse, cū propter metū Iudaeorum in caenaculo conclusa in die Pentecostes factō repente de caelo sono tanquā adueniētis spiritus vehementis foras egressa Christi Domini fidem liberē, metūque omni deposito praedicaui, & per Petri praedicationem circiter tria millia filiorum Christo peperit, vt habes Act. 2.

Verū, vt de extremo mundi tempore cum Ioanne disseramus, verē tunc Eccl. cerua erit ob difficilē partum, dolorēque acerbissimos nō in conuertendis modō Iudaeis, atque Gentilibus: sed etiam in retinendis fidelibus: vnde instat cerua rugiet praedolore. Id quod etiam adumbratum fuit in Rachel, quae acutissimis doloribus peperit Beniamin, vt refertur Genes. 35. vbi ita legimus: Cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cepit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia hūc habebis filium. Egređiente autem anima praedolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, Filius doloris mei. Pater verō appellauit eum Beniamin, id est, Filius dextrae. Etenim Ecclesia inter persecutiones patiens doloribus cruciatur, ita vt eius filij tunc editi filij doloris dici possint. Sed simul etiam à Patre filij dextrae appellantur: quia qui eo tempore fidem retinent, fortissimi sunt, eosque Deus tanquā filios habet legitimos ad dexteram suam in fine mundi collocandos. E contrario Paulus nothos, i. adulterinos filios appellat, quos Deus in hac vita laboribus non exercet. Quōd si (inquit) extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis: quō loco pro adulteri legendum est, adulterini, quod nomen pro spuris, & illegitimis vsurpauit interpretes, quos & Graeci, & Latini appellant nothos, eoque verbo vsus est eo loco Paulus. Rupert. lib. 6. in Genes. c. 15. non vult Rachel in partu typum Ecclesiae fuisse, sed Synagogā. Moritur (inquit) Rachel, & mors Lya silentio premittitur, quia Synagoga palam per inuidiam à gratia excidit, Ecclesia verō Gentium viuit per fidem usque in finem seculi. Simulque aduertit non vacare mysterio, quōd Rachel in partu obierit: quia nimirum Synagoga tunc mortua est, cum Christum, & eius Apostolos emilit: vnde dicitur: Egređiente anima praedolore, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei: doluit enim, cum inuidit, & dolenda sorte inde mortua est, quōd ex ipsa vita sumpta sit. Pater verō appellauit eum Beniamin, id est, filius dextrae: qui filius profecto est Apostolorum chorus, quem Pater cōfedere fecit cum Christo ad dextram suam in caelestibus.

Tonitruum vox Domini.

Ecclesia periturus die Pentecostes.

III. Ecclesia dolor tempore Antichristi.

Gen. 35. 16.

Legitimi Ecclesiae filij qui.

Hebr. 12. 8.

Rupert. Rachel in partu Synagoga non Ecclesiae typus.

Apostoli filij dextrae.

Cur Damon appelletur draco magnus, & rufus.

Et visum est aliud signum in caelo & ecce draco magnus, & rufus.

SECTIO IX.

Post signum illud magnum mulieris vidit Ioannes aliud signum in caelo, draconem videlicet magnum, & rufum, habentem capita septem, & cornua decem, & in Capitis diademata septem: quem draconem Doctores communiter Diabolū interpretantur. Sed meritō quæres, cur draco iste in caelo apparuerit & quidem facilis esset responsio, si caeli nomine Ecclesia intelligenda esset: sed cum in superioribus ostensum fuerit non esse accipiendam Ecclesiam caeli nomine, cum mulier, hoc est, Ecclesia in caelo, vt potē à se ipsa distincto apparuerit: alia offerēda ratio est, videlicet quae modō Ecclesia in caelo apparuit, quia inde traxit originem, caelestemque vitam agit in terris: ita etiam draconem, hoc est, Damonem in caelo apparuisse, tum quia inde cecidit, vt paulō post docet Ioannes:

v.

Draco in caelo cur apparuerit.

kk ij